### Auteur(s) : Conti, Natale

#### Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Mythologia, Francfort, 1581 - X [38] : De Atlante & Endymione *est une version augmentée de ce document*

#### Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IV

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 07 : De Atlante *a pour résumé ce document*
Mythologia, Venise, 1567 - IV, 08 : De Endymione *a pour résumé ce document*

#### Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [38] : D'Atlas & Endymion *est une transformation de ce document*

#### Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [38] : D'Atlas & Endymion *est une transformation de ce document*

# Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales


- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).


# Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination295r°

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses

- Atlas
- Endymion

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/986?context=pdf

Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/986?context=pdf

ſapiens, alii vero ſimilitudine quadã. vt pateret quanta vis eſſet ſapientiæ, illam armatam natam eſſe finxerunt, cum ſapiens nullas neq; fortunæ iniurias, neque humanam iniquitatem magni faciat, ſed omnia conſilio & patientia ſuperet, omnemque ſuam ſpem in Deo collocarit. & quoniam initium ſapientiæ eſt timor domini, hanc dixerunt antiqui profligauiſſe impios gigãtes, qui neglecto Deorũ immortalium cultu in Iouem inſurgere conati ſunt. omnis enim ſapientia humana, quæ diſsideat à diuina voluntate, inanis eſt & contemnenda, cum ſolus vir bonus & amicus Dei ſit ſapiens.

*De Prometheo.*

ENIMVERO vt demonſtrarent omnem humanam prudentiam quæ à diuina voluntate diſſentiret eſſe pernitioſam mortalibus & inſulſam, Promethei fabulam introduxerunt, quem artes & dolos omnes excogitaſſe inquiunt, & idcirco grauia ſupplicia paſſum fuiſſe. Hunc aiunt columnæ alligatum fuiſſe, multaque grauia paſſum tandem reconciliatum fuiſſe Ioui, quũ viris bonis plerunque pugnandum eſt cum infortuniis; atque ſoli propè mali vel fatui ſunt fortunati. At cum breuis vita mortalium exiſtat, qui multas moleſtias æquo animo pertulerit, ille Deo tandem fit amicus. quare per ſapientiam Ioui tandem reconciliatus fuit.

*De Atlante & Endymione.*

NEQVE tamen putanda ſunt omnia, quæ fabuloſè tradita ſunt ab antiquis, ad humanę vitæ inſtitutionem, vel ad vires naturæ exprimendas fuiſſe conficta: ſicuti non neceſſe eſt in fertili agro nullam naſci plantam inutilem. Quæ de Atlante igitur & de Endymione prodita ſunt memoriæ, illa de viris aſtronomicæ ſcientiæ peritis dicta ſunt, poſtea ad illorum gratiam, vt cum ſuauitate ad poſteros tranſmitterentur, ita fabuloſis narrationibus fuerunt implicata.

*De Fortuna.*

NEQVE illa quidem, quæ memoriæ prodita ſunt de fortuna, non ſingulari conſilio fuerunt excogitata: quæ quid ſit ſatis explicatũ fuit in Phyſicis ab Ariſtot. Sed ego, cum omnia diuina prouidentia gubernari putem, nihil fortunæ tribuendum verè ſentio: ſed nomen ipſum tributum fuiſſe fortunæ putarim, vt à cogitatione diuinæ potentiæ, cum moleſtiis, vt ſibi videntur, præter dignitatem homines infeſtantur, deducerentur: atque in fictũ nomen ſuas lamentationes & conuitia conücerent, quæ leuis & ſtulta, & cęca, & iniqua vocaretur. cũ cauſæ neſcirentur cur huic res aduerſæ ferè omnes euenirent, at illi contra, nihil non ex ſententia ſuccederet.

*De Apolline.*

EXPLICATVM fuit in ſuperioribus fabulis de mundi principiis, & mutuis elemẽtorum inter ſe mutationibus, deque animæ immortalitate, quòd illa ſempiterna ſit in hominibus, quòd vnus ſit mundus ex vniuerſa materia;

& quæ

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/986?context=pdf